Quelle: http://manuscripta.at/?ID=537
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

vanitati similis factus est dies hominis
sicut umbra pertransit 12 c. 9 Bonum
est confidere in principibus homini in
quibus non est salus Exibit spiritus
hominis et revertetur in terram suam
in illa die peribunt omnes cogitationes
Salomon in ecclesiastico c. 1. Universa
vanitas morientis perfecit spiritum et
in cerebro suo revertit ait Salo
mon vidi cuncta que fiunt sub sole
et ecce universa vanitas et afflic
tio spiritus ait Salomon magnificavi
opera mea edificavi mihi domos
plantavi mihi vineas feci ortos
et pomeria et consivi ea cuiusque gen
eris arboribus et extruxi mihi
piscinas aquarum et irrigare silvam
lignorum germinantium possedi puros
et ancillas multasque familias
habui armenta ipsi et omnis greges
ultra omnes qui fuerunt ante me
in Jerusalem Congregavi mihi ar
gentum et aurum et substantias re
gum et provinciarum feci mihi can
tores et cantrices et delicias filiorum
hominum scyphos et urceos in ministerio
de vina fundendi et supergressus
sum opibus omnes qui fuerunt ante
me in Jerusalem sapientia ipsa perse
ravit mecum et omnia quecumque desidera
verunt oculi mei non negavi eis
nec prohibui meum cor quin omni lo
cumitate fruereretur et oblectaretur se
in his quae parabam et hanc re
putavi partem meam Si viverem
labore meo Cumque e me conver
tissem ad universa quae fecerant manus
mee et ad laborem in quibus fru
stra sudaveram vidi in omnibus va
nitatem et afflictionem animi et nihil
permanens sub sole ait Salomon
moritur doctus sicut et indoctus et
id circo tedet me vite mee viden
tem mala ee universa sub sole et
cuncta vanitates atque afflictionem spiritus
1 c Sicut egressus e homo nudus
de utero matris sue sic revertitur et nil
auferet secum de laboe suo 1 c ait
Salomon solummodo hoc inveni quod
fecit deus homines rectos et ipse se
infinitis miscuerit quomodo in c
adolescencia et voluptas vana sint
Vanitas ipsa c eo omnis caro fenum
et omnis gloria eius quasi flos agri
Jesus filius Sirach in ecclesiastico
c 14 omnis caro sicut fenum inveterabitur
c. 18 numerus dierum hominis et
multum centum annorum quasi gutte aque
amare deputatus est
Tullius de oratore li 3 et si o
facules homini spem flagilem quasi
fortunam et manes vere concep
tiones que mediocri in spacio
sepe frangunt et corruunt ut qui
in quo cursu obruant quasi porcu
conspicere potuerint Athenus
in enchiridion c 18 Vanitati creatura
subiecta est Seneca de consolatione
ad paulinum omnia ista bona que
nos speciosa ipsa fallacia voluptate
delectant perniciosa dignitas poten
cia alia ipsa ipsa plusquam ad quam
humanam tecta cupiditas obstupescit